VARIAE LECTIONES ET OBSERVATIONES
IN
TACITI GERMANIAM.

COMMENTATIO II.

QUA EDITA

AD EXAMEN

III. SUPERIORUM CLASSIUM

GYMNASII HELMSTADIENSIS ET SCHENINGENSIS

CONSOCIATI

DIE XXVIII. MENSIS MARTII MDCCCXXVIII

INDE AB HORA VIII. MATUTINA ET A II. POMERIDIANA

PALAM CELEBRANDUM

EA, QUA PAR EST, OBSERVANTIA

INVITAT

PHILIPPUS CAROLUS HESS,

PHILOSOPHIAE DOCTOR, GYMNASII PROFESSOR [redacted]

HELMSTADII,

E TYPOGRAPHEO LEUCKARTIANO.

Angezeigt L.L.Z. 1830. Nr. 83 ... 1830. Nr

Dem Hrn Doctor. Berger in
Wolfenbüttel empfiehlt sich hoch-
achtungsvoll

D. Hf.

VARIAE LECTIONES ET OBSERVATIONES
IN
TACITI GERMANIAM.

COMMENTATIO II.

QUA EDITA

AD EXAMEN

III. SUPERIORUM CLASSIUM

GYMNASII HELMSTADIENSIS ET SCHENINGENSIS

CONSOCIATI

DIE XXVIII. MENSIS MARTII MDCCCXXVIII

INDE AB HORA VIII. MATUTINA ET A II. POMERIDIANA

PALAM CELEBRANDUM

EA, QUA PAR EST, OBSERVANTIA

INVITAT

Philippus Carolus Hess,

Philosophiae Doctor, Gymnasii Professor et Director.

HELMSTADII,

E TYPOGRAPHEO LEUCKARTIANO.

Praefatio.

Quum anno superiore Commentationem I., in qua insunt variae lectiones et observationes in Taciti Germaniam, ederem, non certa mihi fuit spes, fore ut hoc anno Commentationem II. ejusdem argumenti ad Examen trium superiorum classium Gymnasii nostri indicendum foras dare possem. Sed contigit mihi casu felici, ut et varias lectiones Codicis Editionumque vetustarum, quibus nullus adhuc editorum est usus, et schedas manuscriptas C. G. Wernsdorfii nanciscerer, quae satis largam materiem ad alterum Editionis meae supplementum conscribendum mihi praeberent. Praeterea in usum meum quoque converti J. G. Graevii Dictata ad Taciti Germaniam, quae inserta leguntur in Seebod. N. Archiv. a. 1826. Fasc. 7 et 8. p. 88 sq. (Cap. 1—17.) et a. 1828. Fasc. 1. p. 89. (Cap. 18—46), in quibus quanquam multa satis levia et in tironum tantum gratiam scripta insunt, qualia in Dictatis aliorum quoque VV. DD. Batavorum editis reperiuntur, tamen plura ad Tacitum illustrandum mihi suppeditarunt. Quibus praemissis quoniam ratio et consilium hujus libelli manifesta sunt, jam ad subsidia, quae a me primum adhibita sunt, breviter recensenda me convertam.

Codex, quem jam in mea Commentatione I. Stuttgartiensem vocavi, Stuttgartiae in bibliotheca regis privata asservatur (vd. Seebod. Archiv. a. 1824. p. 682), cujus collationem Moserus, custos illius bibliothecae, a me rogatus humanissime mihi misit. Est is chartaceus, Saec. XV., deterioris quidem notae, multis falsis lectionibus et scripturis (ut *e* pro *ae* — *occeanus*) multisque glossematis depravatus, sed nonnumquam optimas lectiones exhibet (ut Cap. 1. *erumpat*, Cap. 14. *hostem*, Cap. 15. *ipsi hebent* etc., Cap. 29—31. *Chatti* cum aspiratione, Cap. 39. *habitatur*), aut mendis scripturae bonas aliorum Codd. lectiones confirmat, qui ad textum libelli Tacitei accuratius cognoscendum minime est spernendus. Quas paucas lectiones e censura Seebodii in Bibl. crit. a. 1819. p. 296 sq. excerptas m. Comment. I. interposui, eae saepius differunt a lectionibus Comment. II., quae diligentius exscriptae verae sunt habendae. Plura de pretio huic Codici statuendo disputare supersedeo, ne lectorum judicium occupem.

Sequuntur nunc duae Editiones veteres, neque ab ullo editorum Taciti, quod sciam, laudatae vel collatae, neque ab iis VV. DD., qui historiam litterariam Romanorum contexuere, ut a Fabricio, Harlesio etc., neque ab editoribus Bipontinis in Indice Editt. Taciti memoratae. Alterius Editionis s. l. e. a. (5½ plagg. 8. paginae non sunt numeris signatae), quae inest in Bibliotheca Academiae Helmstadiensis nunc sublatae, inscriptio haec est: „ARMINIUS DIALOGUS Huttenicus, continens res Arminii in Germania gestas. P. CORNELII TACITI, de moribus et populis Germaniae libellus. Adjecta est brevis interpretatio appellationum partium Germaniae.“ Quo anno hic libellus in vulgus sit emissus, adhuc in incerto est: in Indice quidem librorum Acad. Helmst. eum Vitebergae 1538. prodisse annotatum est. Sed Schoenemannus, Ph. Dr. et Scholae Guelferbytanae Coll. IV., in veteribus libris et manu scriptis et impressis cognoscendis volutatus, ad meam epistolam, in qua de hoc libello eum consulueram, humanissime haec rescripsit: Carmen graecum (pag. paenult.) Melanthonis ad Joannem Lutherum, filium natu maximum Martini Lutheri, a. 1549. albo Academiae Regiomontanae inscriptum, post patris mortem vel primis annis belli pro sacris suis ab Evangelicis gesti compositum sibi videri, nisi verba *ἄθεοι* et *barbarus hostis* carminis lat. pag. ultim. ad Turcos sint referenda, ita tamen, ut idem tempus sit statuendum (a. 1545 vel 1546), si *Turci fugaces* ad litteram sint intelligendi, indeque effici, hunc libellum nondum a. 1538. prodire potuisse. Exscriptus est formis Jo. Lufftii, typographi Vitebergensis: Ed. Germaniae, in qua interpunctio pessima, ad Edd., quas in Comment. I. Alciat. et Rhenan. minorem dixi, impressa videtur, eamque Vitebergensem vocavi, ut ab Ed. Melanthonis, quae ab eodem Lufftio excusa est, discerneretur.

Altera Editio, quam mihi suppeditavit Bibliotheca Guelferbytana, sic inscribitur: „GERMANIA CORNELII TACITI. VOCABULA REGIONUM ENARRATA, ET ad recentes appellationes accommodata. HARMINIUS Ulrici Hutteni. DIALOGUS, cui TITUlus est Julius. Recens edita a Philippo Melanthone. VVITTEBERGAE. Per Johannem Lufft. 1557. 8. (fol. 79).“ Haec Editio exscripta fere est ad Editt. Rhen. 1533., 1544., a quibus tamen pluribus locis, ut videre licet ex mea Comment., discrepat. Index vocabulorum regionum et gentium idem, qui in Edit. Viteb., a Melanthone confectus est.

Restat, ut de schedis manu scriptis Christ. Gottlieb Wernsdorfii, Professoris olim Helmstadiensis extraordinarii, viri doctissimi, qui a. 1822. e vita excessit, brevem mentionem injiciam. Inscribuntur „Commentationes in Taciti Germaniam. Quarta vice praelectae in semestri aestivo 1780. In Semestri aestivo 1789.“ Quas cum Ludewigius, V. V., Dioeceseos Helmstadiensis summus antistes et Gymnasii Ephorus in auctione, in qua libri Wernsdorfii venditi sunt, sibi comparasset, hoc mihi gratum fecit, ut eas mecum communicaret. Unde aliquot annotationes, quibus ad locos Germaniae difficiliores illustrandos expediendosque opis aliquid lucisque contineri mihi videretur, in Commentationem meam transtuli.

Variae lectiones et observationes in Taciti Germaniam.

Caput I.

Rhaetisque et Pannoniis Ed. Passov.] *reciis et pannonis* Cod. Stuttgart. *Rhaetiisque et Pannoniis* Ed. Viteb. *Rhetiisque et Pannoniis* Ed. Melanth., at infra *reticarum* Stutt. *Rheticarum* Vit. Mel. Scripturam *Rhaeti* mihi jamdudum improbatam rejecit quoque Niebuhr. Röm. Gesch. Vol. I. p. 113. Ed. II.

Oceanus] *occeanus* et infra *occeano* Stutt.

spatia] *Spacia* Stutt. Vit. Mel. de confusione syllabarum *ci* et *ti* vd. Grotef. Gr. lat. T. II. p. 199.

ac regibus] *et regibus* Stutt.

modico flexu in Occidentem versus septentrionali] Comma post *versus* male ponunt Stutt. Vit. Mel. Adde de vv. *in — versus* interprett. ad Sallust. Catil. 56., ubi Herzog. recte contra Gerlach. monuit, *versus* esse praepositionem, non participium.

Abnobae] *arnobe* Stutt. *Arbonae* Vit. *Abnobae* Mel. Annotationibus de hoc monte in mea Ed. et Comm. I. adde Molter. in Ersch. et Grub. Encycl. Vol. I. p. 145. De *Abnoba* Ptol. II, 11. vd. Grotef. in Seebod. Bibl. crit. a. 1828. Nr. 8.

donec in Ponticum mare sex meatibus erumpit. septimum enim] *ponthicum* Stuttg. *erumpat* Stutt. Mel. *erumpit* Vit.; prius praeferendum esse docui in Comment. I. Stutt. omis. *enim*.

Caput II.

immensus] *immensibus* Stutt., sed duo puncta sub *ib* posita indicant falsam scripturam.

orbe nostro] $\underset{\cdot}{\overset{o}{u}}$*rbe nostr*$\underset{\cdot}{\overset{o}{a}}$ Stutt.

adversus Oceanus] Wernsdorfius de h. l. annotat: „Lipsius mavult *obversus*, Cluverius et Curtius Pichena *aversus*. Sed vulgatum merito praeferunt Colerus, Conringius et Kirchmeyerus. Nam *adversus* est difficulter navigabilis, tempestuosus et horridus, sicut *adverso flumine* difficilis navigatio dicitur. Qui ex Italia Oceanum ingrediebantur, adversa unda et aestu contrario videbantur vehi, quod veteres credebant a septentrione consurgere mundum, et in Austros deprimi. Hinc *erectum Boream, Notum jacentem* dicebant. Calpurn. Ecl. I, 74. 75. *Exsultet quaecunque Notum gens ima jacentem, Erectumque colit Boream* —"

Africa] *Affrica* Stutt.

nisi si] *nisi sibi* Stutt. cum Cod. Hummel. De signif. horum vocc. adde Edit. meae Herzog. ad Caes. B. G. II, 31.

quod unum apud illos memoriae et annalium genus est, Tuisconem, Deum terra editum, et filium Mannum, originem gentis conditoresque] *aput illos* (ut Cap. 5.) Stutt. (vd. de hac scriptura Niebuhr. in Ind. orthogr. ad Cic. de Rep. p. 624. Moser.) *genus sit* Vit. *Tuisconem* Stutt. Mel. *Tuistonem* Vit. *celi-*
et *rem*
cum inductum et superscr. *editum* Stutt. *ei filium* Stutt. *conditoriosque* Stutt.

tres filios] *tris* Vit. cf. Gerlach. et Herzog. ad Sallust. Catil. 1.

Ingaevones — Herminones — Istaevones] *Ingaenones* Stutt. *Ingevones* Vit.
v
herminones — istaenones Stutt. Juvat hic apponere quaedam ex epistola G. F. Grotefendi, V. Cl., in qua plura, quae Comment. I. ex epistola ejus priore inserueram, retractavit. „Wie sehr oft meine Aeufserungen neben der Wahrheit hinstreifen, davon gibt das Ausführlichste, was Sie S. 5. von mir anführen, einen Beweis. Welche ganz neue Ansichten über die Ingävonen, Herminonen und Istävonen habe ich jetzt gewonnen! und selbst was darüber in der allgemeinen Encyclopädie unter *Hermionia* und *Hermunduren* dereinst vorkommen wird, möchte dann, wann es erscheint, manche Klarheit mehr bei mir gewonwonnen haben, wie was ich im Artikel *Hagen* eingesandt habe. So lehrt immer ein Tag den andern, und so ist es mir auch mit den Artikeln *Chatten* und *Cherusker* gegangen. Wie genau weifs ich jetzt Manches, was mir damahls nur dunkel vorschwebte, und wie viel wird mir auch die Zukunft noch richtiger zeigen, was ich jetzt vielleicht nicht halb begriffen habe! So bestärken mich eben jetzt die *Brisigavi*, Breisgauer, welche ich in der Notitia dignitatum Im-

perii Orientis et Occidentis finde, in der Idee, dafs *Ingaevones* Ingauer oder Autochthones bezeichne, und so wie *Ingaevones* von gawa, gewe, so also auch *Istaevones* von stawa, stewe oder dem heutigen *Staab* stamme. Dann steht mir *Istaevones* für Idstaevones, wie *Sygambri* für Südgambri, *Wisigothi* für Westgothi, *Sussex* für Sudsex, *Essex* für Estsex, *Normanni* für Nordmanni und *Noricum* oder *Norige* für Nordrich; und der Name *Istaevones* kömmt nun in Verbindung mit *campus Idistavisus*, worin ich nun keine Deisterwiese mehr finde, wie Strombeck, sondern ein *eidstabisches Feld*, wo die Eidgenossen in der Nachbarschaft der heiligen Haine an den gemeinsamen Gränzen der drei deutschen Hauptstämme den Bund beschworen. Denn das Eidgericht heifst auf gut Altdeutsch Idis-stawa, wovon Idistavisus das Adjectivum ist, und das Dorf *Staue*, eine Stunde unterhalb Hameln, trägt in seinem Namen noch die Spur des dort gehaltenen Landgerichts. Der Name *Istav* aber, wovon Tacitus die Istaevones ableitet, entspricht nun ganz dem Namen *Gustav*, welcher einen Landrichter oder Gogrewen bezeichnet. *Hermin* oder *Hermann* dagegen ist mir keine Zusammensetzung mehr, seitdem ich aufgehört habe, in *Hermanrich*, *Hermanfried*, *Armbrecht*, *Armschwert*, *Irmengard*, *Irmentraud*, Decomposita zu finden, welche die alten Deutschen nicht kannten; sondern ein einfaches Wort, welches, wie Arimannus in den longobardischen Gesetzen mir verrathen hat, einen Freien oder vielmehr Volontair, Freiwilligen und Unabhängigen — bezeichnete, und dem Rix oder Herrscher und König entgegenstand, wie noch jetzt *arm* und *reich* in ziemlich veränderter Bedeutung. Die *Irmensäule* ist mir nun zu einer Freiheitssäule geworden, da es schon an sich unwahrscheinlich ist, dafs die Sachsen den Helden der von ihnen verdrängten Cherusker verehrt haben sollten; und die *Irmenstrafse* ist die Freiheitsstrafse im Gegensatze der Königsstrafse, und was *Arminius* war, besagt sein Namen, ein Verfechter der Freiheit. So sind denn auch die *Herminonen* freie und von einander unabhängige Völker im Gegensatze der *Istaevonen* oder Bundesverwandte; beide aber stehen im Gegensatze der *Ingaevonen* oder Insassen als Ausgewanderte, deren Sprache von dem uralten Niederdeutsch immer mehr abwich. *Hermunduren* sind mir nun keine Heermänner mehr, so wenig *Arminius* ein Heermann ist, wofür man lieber *Wehrmann* oder *German* sagte; auch *Mund* ist nicht Mann, sondern, wie ich aus den longobardischen Gesetzen gelernt habe, ein Sprecher, d. h. einer der für sich selbst im Gerichte sprechen darf, ohne eines *Vormunds* zu bedürfen.

Die *Hermunduren* sind mir als der Hauptbestandtheil der Herminonen *freie Duren* oder Verehrer des Thor, wofern nicht *Düren*, wie man aus *Walldürn* oder *Walddüren* hat schliefsen wollen, Waldbewohner bezeichnet, und die *Duringer* oder *Thüringer* der spätern Zeit sind, wo nicht ihre Abkömmlinge, doch ihre Namensverwandte. — — In der Lage der Oerter irrt Ptolemäus vielfach, weil es ihm an sichern Leitern fehlte; aber in der Sache selbst kann man viel aus ihm lernen. Auch zeigt er, dafs bei Tacitus *Abnobae* (Cap. 1.) einzig richtige Lesart sei, wenn auch alle Codices und Editionen *Abnobae* oder *Arbonae* schreiben: denn was kümmert uns in Dingen, wo wir eines Bessern belehrt sind, die Unwissenheit alter Abschreiber, die nichts von Abnoba wufsten, und eher an Arrabon und Arnobius dachten. Wenn man die Unwissenheit derer kennen gelernt hat, aus deren Händen wir die Codices empfangen haben; so wird man die Achtung für das, was sie schrieben, nicht bis ins Abergläubische übertreiben. Selbst *Nerthum* Cap. 40., welches in der kleinen Schrift so leicht aus *Herthum* ward, erkenne ich nicht für richtige Lesart an, so lange man nicht nachzuweisen versteht, wie die Mutter Erde *Herthus* habe heifsen können. Grimm's *Niördr* erklärt nichts, weil wir ein Wort weiblichen Geschlechts uns denken müssen, wie *herthus* nach der Analogie von *wulthus* in V. U. des Ulfila auch nicht sein konnte, aber doch *herths* nach der Analogie von *wourts* oder Wurz, und *skafts* (Schaft, Schöpfung). Mufs auch *qwithus*, Mutterleib, als Masculinum gelten, so führt doch *qweins*, die Ehefrau, auf *herths* für Erde, dessen Accusativ von Tacitus leicht in *herthum* für *hertham* überging. Auch die Gränze hiefs eben sowohl *marks* als *marka*, und selbst für *herthus* könnte *handus*, die Hand, sprechen."

Quidam, ut in licentia vetustatis] *Quidam, ut in* Stutt. *autem* Vit. Mel. I. C. Schoberus in Comment. de Tac. Germ. Cap. II. §. 5 — 7., quae prodiit Numburgi 1827. 4., aliter atque ego explicans *ut* per *quasi* — *velut* hanc interpretationem exhibuit: „Quidam quasi venia utentes ea, quae in tanta rerum vetustate dari solet (ut veris falsa misceantur iisque afferatur fides), plures apud se fuisse Deo ortos asseverant pluraque suae gentis antiqua nomina." Quos laudat locos Germ. 7, 3. 38, 5., huc non pertinent. Equidem meam explicationem, quam probavit Güntherus, nondum reiiciendam esse duxi.

Marsos, Gambrivios — Vandalos] *marsossi, gambri ii os* (ut vera lectio *marsos, sigambrios* fuisse videatur) Stutt. E quo etsi in Comment. I. (in qua corrige

Vandalos] *Vandalios*) attuli *Wandalios*, voc. tamen ita scriptum est, ut vix commode legi possit.

ac nunc Tungri, tunc Germani vocati sint] pro *Tungri* exhibet Stutt. in hunc fere modum: *tinigri*; *ac nunc — nunc* Vit. Mel. repudiatum quoque e a Schobero p. 12, qui Ludenii argumentationem, qua hanc lectionem tuetur, bene refellit. In transcursu observo, a Passovio *vocati sunt* ut lect. Rhenan. falso afferri, quippe qui *vocati sint* repraesentet in Editt. 1533. 1544. Edit. min. 1519, at Ed. Alciat. *vocati sunt.*

Ad breviloquentiam Taciti h. l. illustrandam faciunt, quae exempla Bornemann. ad Xenoph. Apolog. p. 68. attulit e graecis scriptoribus.

evaluisse] *coaluisse* Stuttg.

mox a se ipsis] *mox et a se ipsis* Stutt.

Ita nationis nomen, non gentis evaluisse paulatim, ut omnes primum a victore ob metum, mox a se ipsis invento nomine Germani vocarentur] *evaluisse — mox et a se ipsis* Stutt. Wernsdorfii annotatio haec est: „Lego: *nunc Tungri, tunc Germani*, et mox pro *non gentis*, *in gentis nomen invaluisse.* [Emendationes minime necessariae.] Sensus hic est: Qui Rhenum transgressi Gallos expulerunt, et nunc Tungri vocantur, tunc se Germanos appellarunt, ob metum Gallis incutiendum, deinde vero illud nomen, postquam semel a Tungris victoribus inventum et usurpatum erat, a tota Teutonum gente receptum esse, primum quidem ad exemplum et imitationem Tungrorum, metus incutiendi causa, mox etiam quia ipsis id nomen aptum et debitum videretur. Graev. Dictat. p. 92. sententia haec est: „Nomen, quod unius modo nationis erat, (ejus nempe, quae postea Tungri dicti sunt) non omnium, eo usque usu productum esse, ut primo Galli omnes Transrhenanos dicerent Germanos ab iis (sc. Tungris), a quibus, cum Rhenum essent transgressi, erant devicti, pari metu idem omnibus nomen tribuentes; mox ipsi Germani Transrhenani sibi hoc nomen indiderunt, et cum antea tantum unus Germaniae populus sic vocaretur, omnes postea sic dicti sunt.“ Wernsdorfius, si inspicies Editionem meam, consentit fere cum Broterio, Graevius cum Walchio.

Nuper admodum Schoberus de h. l. uberius disputavit, e cujus commentatione, quoniam in paucorum notitiam adhuc venisse videtur, ea, ex quibus sententia ejus a lectoribus Taciti studiosis cognita diligentius, quam nunc quidem a me fieri potest, ponderetur, summatim exscribam. Germanorum vocabulo ob tria

potissimum indicari viros hastatos (Speermänner), primum quod haec etymologia a voc. prisco Germ. *Ger* et *Man* magna unicuique simplicitate probetur, deinde quod hoc ipsum nomen ita explicatum verissime designet mores rudis incultaeque gentis, denique quod, quemadmodum apud Germanos in universum robur in pedite esset, ita peditum nobilissimos fuisse hastatos, ex multis Taciti locis conjicere liceat. *Recens* non ad tempus esse referendum, ut sit, quod nuper accidit, sed vim usumque vocabuli Germaniae, quod, quamdiu more usuque receptum esset, oppositum ceteris gentis Germanicae appellationibus, vetustate oblitteratis, tamdiu recte appellaretur *recens*. *Nuper* recte, meam explicationem secutus, intelligit de longo temporis spatio, non autem id dicere Tacitum, vocabulum Germanorum, si solum spectes vocabulum, nuper additum esse, sed vocabulum Germaniae sive Germanorum, ut gentis. Veram eorum esse sententiam, qui *ac nunc Tungri, tunc Germani* (ut exstat in Edit. m.) scribendum censeant, modo ne illi *vocentur*, sed *vocantur* suppleant. Tacitum enim in exponenda origine nominis Germanorum, sive vera illa, sive falsa, non solum memoriae prodere, quae a Germanis, qui sint illi *Quidam*, de ea re acceperit, verum etiam suam sententiam ad Germanorum simplicem narrationem quasi illustrandam interponere, in hunc fere modum, si verba a Tacito explicationis causa adjecta cancellis circumscribantur: *Ceterum Germaniae vocabulum recens et nuper additum, quoniam qui primi Rhenum transgressi Gallos expulerint, (ac nunc Tungri, tunc) Germani vocati sint. Ita (nationis) nomen (non gentis) evaluisse paulatim, ut omnes primum a victore (ob metum), mox a se ipsis (invento nomine) Germani vocati sint.* Quae ratio explicandi argutior quam verior mihi videtur. Verbis *a victore ob metum* (*ob — propter metum* idem significare et Tacitum, si dicere voluisset *ad metum incutiendum*, potius scripsisse *in* vel *ad metum*) aperte indicari, eos qui primi ex patria nostra in Galliam transgressi, Gallis superatis, suam sedem ibi collocaverint, quamvis victores, propter metum (aus Furcht) omnibus, qui trans Rhenum incolerent, nomen imposuisse Germanorum. Tungros enim aliquando, quod in antecedentibus demonstrasse sibi videatur, non ut ultro bellum inferrent, sed patria pulsos, in Galliam transcendisse, nec ideo mirum, quod Tacitus eos, ita quum utrimque ab hostibus circumdati premerentur, desperatissima victoria parta, propter timorem utque auctoritatem animumque sibi adderent, omnibus Transrhenanis, a quibus suos victores victos esse Galli ignorarent, nomen illud Germanorum indidisse credat.

Sententiam totius loci hisce verbis complectitur: „Ceterum dicunt iidem *(Quidam)*, nomen Germaniae sive Germanorum, ut universae gentis, recens et nuper esse additum; quoniam qui primi Rhenum transgressi Gallos, eosque Rheni accolas, expulerint, ac nunc Tungri vocantur, tunc Germani vocati sint. Atque ita, cum vocabulum Germanorum, quod nondum ad universam gentem pertinebat, nationis nomen evasisset, paullatim illud eo crevisse, ut omnes Transrhenani primum quidem a Tungris victoribus, idque propter metum, deinde illi a se ipsis, quum nomen in se, ut gentem, invenissent translatum, Germani vocarentur.“

Caput III.

memorant] *meorātur* Stutt.

Barditum] *barditum* Stutt. non *Barritum*, ut exhibui in Comment. I. *Baritum* Vit. Mel. Quam falsa sit eorum opinio, qui e lectione *Barditum* nomen Bardorum ducunt, docui in Edit. mea ad Cap. II., nuperque in eadem sententia esse vidi Koberstein. in Grundriſs zur Gesch. d. deutschen Nationalliter. §. 6.

ipso cantu] *ipsi* Stutt.

terrent enim trepidantve, prout sonuit, acies] Stutt. Vit. Mel. sine virgula post *sonuit.*

Nec tam voces illae, quam virtutis concentus videntur] Vit. Mel. *nec tam voces ille, quam virtutis concentus videntur* Stutt.

repercussa] *repercussa*] Stutt.

Ulixem — Asciburgiumque, quod in ripa Rheni situm hodie incolitur, ab illo constitutum nominatumque, . . . aram] *Ulyxem* et infra *Ulyxi* Vit. *Ulyssem — Ulyxi* Mel. *Reni — hodieque* Stutt. de quo ad Comment. I. Stutt. lacunam habet post *nominatumque*, Vit. Mel. inserunt 'Οδυσσαιπύργιον, ita ut in Vit. parva lacuna exstet, deinde *Aram*, cujus lectionis sine dubio e conjectura profectae in nulla Editione mentio fit.

Caput IV.

gentem] *gentium* Stutt.

exstitisse] *exitisse* Vit.

unde habitus quoque corporum, quanquam in tanto hominum numero, idem: omnibus] *Tum habitus — in toto* Stutt. *idem, omnibus* Vit. *idem omnibus* Mel.

Tolerare] *tollerare* Stutt.

Caput V.

Terra etsi] *Terra enim* Stutt.

eaeque] *heeque* Stutt.

Argentum et aurum propitii an irati Dii negaverint] Vit. Mel. *propitiine* Stutt. Passovius annotans, minus exquisite *ne* in Norimb. Vienn. additam esse, omitti encliticam in oppositione ab optimis scriptoribus, male laudavit Heusing. ad Cic. de Offic. I, 9. Divers. XI, 28. (vd. hos locos apud Tursell. de particc. p. 441.), quoniam ad illum locum nulla exstat Heusingeri annotatio, et in epistola *ne* enclitica non reperitur. Copiosius diligentiusque de hac Ellipsi exposuere Ramshornius et Herzogius, quorum verba, quo rectius lectores de nostro loco judicare possint, huc transscribam. Ramshorn. Gr. lat. §. 174. 3. „In disjunctiven Fragen, die in zwei oder mehr Gliedern eben so viel sich widerstreitende Gegenstände einander entgegen stellen und Auskunft verlangen, welcher von ihnen Statt finde, wird a) dem ersten Gliede das zweite und die folgenden mit *an*, oder nur das zweite mit der stärker accentirenden Enclitica *ne* entgegengestellt, wenn die Hauptbegriffe einander gerade entgegengesetzt sind.

b) Ist unter den einander entgegengesetzten Begriffen der erste dem Fragenden der wichtigere, oder als einzelnes Wort unter mehrern auszuzeichnen, so wird diesem *ne* angehängt und die übrigen folgen mit *an*."

Herzog. ad Sallust. Catil. 52, 9. — *bonisne an malis moribus vivamus*: „Die Ausleger, namentlich Kortte und Gerlach, sind nicht für *ne*; ersterer verwarf es geradezu, letzterer ist wenigstens bedenklich. Nur die Mehrzahl der Codd. hinderte. Allein wir glauben, *ne* dürfe in solchen Fällen nicht fehlen wo ein *bestimmter*, d. i. ein *objectiver* Gegensatz, wie hier Statt findet, wo also die Frage *historisch* ist, dagegen, wo die Frage *allgemein* und folglich *absoluter* Art ist, darf *ne* fehlen. — Denke ich mir dagegen zwei verschiedene (contraria) oder entgegengesetzte (opposita) Begriffe, Facta oder Phaenomena, als *willkührlich*, z. B. roth oder blau, leben oder sterben, nicht *factisch* und *ob-*

jectiv gegeben, sondern nur gedacht: dann kann *ne* allerdings wegfallen." Quanquam ex his, quae Herzogius et Ramshornius accuratius disseruerunt, et ex exemplis apud optimos quosque scriptores, quae huc transscribere longum est, a me inter se comparatis, ratio concludenda esse videtur, a Passovio vix recte alteram lectionem minus exquisitam ob additam encliticam *ne* dici, tamen utriusque quoque V. D. explanatio subtilior, mea quidem sententia, est, quam ut ad omnes locos possit accommodari.

haud proinde] *haud perinde* Stutt. (*non proinde*, ut exhibui in Comment. I.) Vit. Mel. De discrimine et confusione horum vocc. cf. quoque Herzog. ad Sallust. Catil. 12. in meam fere sententiam discedens.

affectione] Stutt. Vit. *affectatione* Mel.

Caput VI.

habili] *abili* Stutt.

galea] *galee* Stutt. *galeae* Vit. *galea* Mel.

uno flexu dextros agunt, ita conjuncto orbe] *fluxu* (e) — *cuncto* Stutt.

primo] *primum* Stutt., de quo discrimine vd. Herzog. ad Caes. B. G. VII, 15. Sallust. Catil. 37.

Acies per cuneos componitur. Cedere loco, dummodo rursus instes, consilii quam formidinis arbitrantur] *componunt* Stutt. non male. De Ellipsi vv. *magis* et *μᾶλλον* annott. copiosis in mea Edit. et Comment. I. adjiciatur Obbar. in censur. Sallust. Gerlach. in Seebod. Bibl. crit. a. 1828. Nr. 15. p. 119, qui recte Sallust. Catil. 52, 3. *magis* a Gerlachio uncis inclusum cum Codd. Guelf. 6. 12. Leid. c., ab Herzogio receptum, e textu ejecit. Miror equidem Gerlachii inconstantiam Catil. 8. *magis* retinentis, Catil. 9. expellentis, ubi cf. de hac Ellipsi Vol. II. p. 54., cum neutro loco sit admittendum.

nec aut sacris adesse, aut concilium inire] *nec sacris — ac concilium* Stutt.

Caput VII.

aut libera] *ac libera* Stutt. Vit. Mel. deterius vd. m. Comment. I. Gerlach. ad Sall. Catil. 26. Vol. II. p. 95.

conspicui] *perspicui* (con) Stutt.

neque vincire, nec verberare quidem] *vincere* Stutt. *ne verberare quidem* Stutt. *neque v. q.* Vit. Mel.

casus] *casu* Mel.

feminarum ululatus] Stutt. *ululatus foeminarum* Vit. Mel.

nec illae numerare aut exigere] *nec illae — nec exigere* Vit. Mel. et Edit. Rhen. min. male, quod in Comment. I. annotare oblitus sum, vd. praeter locc. in Edit. mea laudatos Herzog. ad Sallust. Catil. 26. Caes. B. G. VII, 64. Ramshorn. Gr. lat. p. 532.

cibosque] *Aliique* Stutt., quod in margine correctum in *cibosque*, forsitan *alimentaque* librario fuerit obversatum.

Caput VIII.

Inesse quin etiam sanctum aliquid et providum putant] Cic. de Divin. I, 38. *Aristoteles quidem eos etiam, qui valetudinis vitio furerent, et melancholici dicerentur, censebat habere aliquid in animis praesagiens atque divinum.*

Veledam] Stutt. *Velledam* Vit. Mel.

complures alias] *alii* Stutt. *compluris* Vit. Mel.

Caput IX.

De religione veterum Germanorum Altenburgius nuper exposuit singulari libello, quem, quum ejus inspiciendi nondum copia mihi sit facta, laudasse sufficiat: Einige Gedanken über deutsche Mythologie, so wie über Caesars und Tacitus Ansichten von der Religion der Deutschen. Ein Beitrag zu ihrer Vereinigung v. F. W. Altenburg. Schleusingen 1827. 4.

Cum extremo Capite inde a *Ceterum — vident* comparari possunt duo loci Tacit. Hist. V, 5. de Judaeis. *Judaei mente sola unumque numen intelligunt: profanos, qui Deum imagines mortalibus materiis in species hominum effingant.* II, 78. *Nec simulacrum Deo, aut templum (sic tradidere majores), aram tantum et reverentiam.*

Caput X.

temere ac fortuitu spargunt] *temere* inductum et superscriptum *tenent* Stutt. *fortuito* Stutt. Vit. Mel. *spergunt* Stutt. Quae in Comment. I. ad Cap. 8. de ablativo substantivorum quartae declinationis attuli, iis nunc adde Herzog. et Gerlach. ad Sallust. Catil. 55.

si publice consuletur] *consoletur* Stutt. *consuletur* Vit. *consulatur* Mel.

iisdem nemoribus] *isdem* Stutt. De equis a Caesare sacratis cf. Suet. Caes. 81.

majar fides — sed apud proceres] *fides — sed* omis. Stutt. de v. *sed* male omisso vd. m. Comment. I.

Est et alia] *Est et aliud genus*, *alia* Stutt., *aliud genus* e glossa.

Caput XI.

nisi inciderit] Stutt. Mel. *incidit* Vit.

initium] *judicium* Stutt. sed superscr. *inicium*.

v

ducere] *dicere* Stutt.

nec ut jussu] *nec ut jussi* Stutt. *nec jussi* Vit. Mel. Graev. Dictat. p. 100. praefert *nec ut jussu* cf. m. Comment. I.

d

absumitur] *absumitur* Stutt.

ut turbae placuit, considunt armati] Graevius Dict. p. 100. et Wernsdorfius cum Gronovio legi malunt *turba*, quorum hic in schedis laudat locos Livianos ad interpretationem Taciti prorsus non adhibendos: XXXIII, 31. XXXIX, 30 (vd. Glossar. Livian. s. *placere* Ed. IV. Kreyssig.) et Senec. Epist. 42.

coërcendi] *cohercendi* Stutt.

Caput XII.

accusare quoque] In marg. Stutt. annotatum: alii *quemque*.

corpore infames] *informes* Stutt. lectio memorabilis, quae si pro vera esset habenda, locus difficillimus expediretur. Jam Gebauer. Vest. jur. German. p. 714. conjectura assecutus *informes* h. l. ita explicuit: „Majores nostros non tantum eos, qui bello ob timiditatem deerant, vulnera metuentes, mortem reformidantes, corpore licet valentes, sed et debiles corpore, ideoque et bello inidoneos (?) mersisse, monstruosos maxime et prodigiosos."

c

crate] *grate* Stutt. — Synonyma hujus Cap. *delictum*, *scelus* et *flagitium* bene distinxit Döderl. Lat. Syn. Vol. II. p. 139. sq.

Caput XIII.

Sed arma sumere — probaverit] *probaverat* Stutt. Bene Graevius Dict. p. 101: „Illis sumendis dignum judicaverit."

Tum in ipso concilio] Stutt. *Tum eum in ipso concilio* Vit. Mel.

rubor — Gradus quin etiam et ipse] *robor quinque* Stutt. *et* omis. Vit.
quin etiam
Mel. Infra pro *circumdari* Mel. *circundati.*

Caput XIV.

adaequare] Stutt. Mel. *aequare* Vit. De priore verbo adde Held. ad Caes. B. C. II, 16.

praecipuum sacramentum] Stutt. *principum* Vit. Mel.

et facilius inter ancipitia clarescant] *et — clarescunt* Stutt. *et ut — clarescant.* Vit. Mel.

liberalitate — convictus] *libertate* Stutt. idem om. *convictus.*

vocare hostes] *hostem* Stutt. optime, vd. meam Edit. et Comment. I. Ramshorn. Gr. lat. §. 203, 1, a. 7. Günther. ad h. l. Selling. Observat. crit. in Tac. Agric. p. 27. in h. l. figuram ἀπὸ κοινοῦ inesse censet.

Caput XV.

Quotiens bella non ineunt, non multum venatibus] *Quoniam quociens* Stutt. *Quotiens* Vit. *Quoties* Mel. De utraque scriptura vd. meam Edit. et Dronk. ad Agricol. p. 126., ubi Cap. 1. et 30. contra Codd. et vett. Edd. auctoritatem male recentissimi editores Beckerus, Hertelius et Peerlkampius *quoties* pro *quotiens* admisere. Pro *venatibus* Stutt. *ornatibus,* mira lectio.

Penatium] *penatiu* Stutt.

ipsi hebent, mira diversitate naturae] Stutt. *ipsi habent miram diversitatem naturae* Vit. Mel.

Mos est civitatibus, ultro ac viritim conferre principibus vel armentorum vel frugum, quod pro honore acceptum etiam necessitatibus subvenit] Structura genitivorum *armentorum — frugum,* de qua in m. Edit. et Comment. I. copiosius disputavi, bene quoque illustratur Liv. I, 14. *Juventute armata immissa vastatur agri, quod inter Urbem ac Fidenas est.* Tacit. Ann. XV, 53. *— centuriones et ceterorum, ut quisque audentiae habuisset, accurrerent.* — Graev. in Dictat. p. 102. aliquem vel certum numerum suppleri vult. Apud Varr. R. R. III, 18. supplet aliquid: *Apponendum bene olentium herbarum vel maxime opiastrum et thymum.*

phalerae] *phallere* Stutt.

sed publice] Vit. Mel. *sed et* Stutt. vd. m. Edit. et Comment. I. Dähn. ad Corn. Nep. Thras. 1.

Caput XVI.

Nullas Germanorum populis urbes habitari, satis notum est; ne pati quidem inter se junctas sedes. colunt discreti ac diversi] Herzogius, V. Cl., in Part. I. observationum in nonnullos veterum scriptorum locos, quae Gerae 1828. 4. prodiit, bene quidem observat p. 16 sq., verbum *colendi* a scriptoribus serioris potissimum aetatis notione verbi compositi *incolendi* usurpari, quanquam apud Livium multis locis *colere* et *incolere* absolute proferuntur vd. Rupert. ad Liv. I, 1. Glossar. Livian s. vv., apud Tacitum saepius *colere* quam *incolere* reperitur. Quod autem discrimen inter vv. *colendi, incolendi* et *habitandi* statuit, in verbo *colendi* praevalere notionem operis et laboris, *incolere* nos admonere *sedis fixae terminis limitatae*, formam frequentationis, qua notabile sit vocabulum *habitandi*, hominum imprimis societatem ac commercium ante oculos ac mentem ponere, id ejusmodi est, ut vix apud ullum scriptorem semper servatum et *colere* atque *incolere* vel absolute vel cum accusativo eadem significatione posita videas cf. Vechner. Hell. p. 128. Graev. et Duk. ad Flor. III, 6.; equidem apud Livium ll. ll., Caesarem B. G. I, 1. II, 4. Oudend. et Tacitum promiscuum eorum usum deprehendi.

Suam quisque domum spatio circumdat, sive adversus casus ignis remedium, sive inscitia aedificandi. Ne caementorum quidem apud illos, aut tegularum usus] *Nā quisque* Stutt. *Nec — quidem* Vit. Mel. vd. m. Edit. et Comment. I. ad Cap. 7. De discr. inter *inscitiam* et *inscientiam* adde annot. in Edit. m. Herzog. ad Caes. B. G. III, 9. VI, 38. Walch. Emendatt. Liv. p. 24. Schütz. Lexic. Cicer. s. *inscitia.*

pura ac splendente — lineamenta onerant — quia — locis] *pura et splendente* Vit. Mel. *liniamenta* Stutt. Vit. *ornant* Stutt. *qui* Stutt. *loca* Mel.

Caput XVII.

fluitante — sed stricta et] *et* omis. Vit. De v. *fluitante* vd. Döderl. Lat. Syn. Vol. II. p. 21.

*Nec alius feminis quam viris habitus, nisi quod feminae saepius lineis ami-

ctitibus velantur, *eosque purpura variant*, *partemque vestitus superioris in manicas non extendunt*, *nudae brachia ac lacertos*; *sed et proxima pars pectoris patet. Cap. XVIII. Quanquam severa illic matrimonia; nec ullam morum partem magis laudaveris. Nam prope soli Barbarorum singulis uxoribus contenti sunt*, *exceptis admodum paucis*, *qui non libidine*, *sed ob nobilitatem*, *plurimis nuptiis ambiuntur.*] De varia descriptione h. l. cf. Passov. et meam Ed. et Comment. I. Wernsdorf. facit cum Jacobs. „*Quamquam severa*] Haec connectuntur cum superioribus: Etsi feminae Germanorum nudae brachia et pectus fuerunt, non tamen haec irritamenta impudicitiae et libidinis sunt. Severa illis matrimonia." Equidem, cum totum locum, ut eum descripsi, diligenter considero, verba tam arte connexa et apta inter se mihi videntur, ut non a v. *Quanquam*, sed a v. *Dotem* initium novi Capitis faciendum nunc censeam. Hanc distinctionem confirmant Spir. Puteol. Vit. Mel.: *nec alius — nudae brachia ac lacertos*, *sed et proxima pars pectoris patet*, *quanquam — laudaveris. Nam —.* Rhenani interpunctio, quam editores posteriores deinceps sunt secuti, turbavit locum: *patet. Quanquam — Nec — nam.*

Caput XVIII.

laudaveris] *laudarim* (superscr. *veris*) Stutt.

Delicias muliebres — comatur] *muliebres cultus — ornatur* Stutt. e glossa.

ipsa armorum — arcana] *armorum ipsa — archana* Stutt.

hoc juncti boves, *hoc paratus equus*, *hoc data arma denuntiant. Sic vivendum*, *sic pereundum: accipere se*, *quae liberis inviolata ac digna reddat*, *quae nurus accipiant rursus*, *quae ad nepotes referantur.*] *hec — hec — hec — sic uineu sic pieu* (superscr. *d*) (superscriptum *periendum*, in margine *pariendum*) *rursus ad nepotes inferantur* Stutt. *quae nurus accipiant*, *rursus*, *quae ad nepotes referantur* Vit. *quae nurus accipiant*, *rursus quae ad nepotes referant* Mel. vd. meam Comment. I. *Digna*, de cujus voc. vi interpretes admodum inter se dissentiunt, Graev. Dictat. in Seebod. N. Archiv. Fasc. 1. 1828. p. 90. explicat: „Sc. iisdem liberis, i. e. quae deceant generosam matrem et magnae indolis filios."

Caput XIX.

Ergo septae pudicitia agunt] *septa* Stutt. Vit. Mel. Graevius l. l.: „Bene

custodita ac non facile expugnabili vivunt." Wernsdorfius: „I. e. munita, firma, et inexpugnabili, vivunt tam pudice, ut nullis expugnari vel corrumpi possint illecebris."

Litterarum secreta] Graevius et Wernsdorfius recte de epistolis furtivis, quae ad amorem fovendum apud Romanos mitti solebant, intelligunt, ut constat ex Ovidio aliisque poetis. Güntheri explicatio locum obscurum in clara luce non ponit: „Litterarum usum, quem utrum habuerint necne in medio relinquit scriptor, ad excolendam, immo emolliendam vitam ignorant."

poena praesens] *pns* Stutt. c. Edit. Rhag. vd. meam Edit.

accisis crinibus] *abscisis* Stutt.

Publicatae enim pudicitiae nulla venia; non forma, non aetate, non opibus maritum invenerit.] *Rupte enim*, at in marg. *publicate* Stutt. *Rumpere pudicitiam* nusquam me legere memini. Deinde *maritus invenitur* Stutt. (lectio memorabilis minimeque spernenda), *maritum invenit* Vit. *maritum invenerit.* Mel. vd. m. Comment. I.

corrumpi saeculum vocatur] *corrumpi se seculum* Stutt. e dittographia.

v he

Melius quidem adhuc eae civitates — quo modo] *Meliusque adhoc ex — quo* in marg. *cum* Stutt.

Caput XX.

miramur — uberibus — educationis] *mirantur — ubere educacoibs* Stutt.

donec aetas separet ingenuos, virtus agnoscat] Mel. *donec aetas seperet, Ingenuos virtus agnoscat* Stutt. confirmans interpunctionem a Thiersch. Act. Philol. Monac. Tom. III. Fasc. 3. p. 464. propositam; *donec aetas seperet ingenuos, virtus agnoscatur* Vit., lectio nusquam enotata.

apud avunculum — ad patrem — quidam] Stutt. Vit. *apud — apud* Mel. *qd'* Stutt.

hunc

hunc nexum sanguinis] *habet sanguinisque* Stutt.

tanquam ii et animum] *tanquam et in animum* Stutt. *tanquam et ii animum* Vit. *tanquam ii et animum* Mel. vd. m. Comment. I.

quo major — tanto gratiosior — nec] *tanto major* (c. Edit. Norimb.) — *ne* Stutt. *gratior* Vit. *gratiosior* Mel. Ad ea, quae ad illustrandam Ellipsin vv. *tanto* et *eo* ante comparativum in m. Comment. I., apud graecos scriptores

frequentiorem quam apud latinos, congessi, adjicio Stallbaum. ad Plat. Apolog. p. 56. Ed. Gothan. Rupert. ad Liv. II, 51. Horat. Carm. III, 16, 21.

Caput XXI.

Convictibus et hospitiis non alia gens] *Convictibus hospitiis non alia gens et* Stutt.

accusant
data imputant] *data imputant* Stutt.

Caput XXII.

e somno — saepius calida, ut] *saepius calida aqua, sicuti* Stutt. c glossa vd. meam Edit. Ed. Monac., in qua *apud calida* mendo typographico, eandem glossam exhibet. De vi praepos. *e* h. l. adde m. Edit. Herzog. ad Sallust. Catil. 31.

ad convivia] *ac convivia* Stutt.

r e
continuare potando] *continuando potare* Stutt.

v
vinolentos] *vinolentos* Stutt. Obiter corrigendus est Passovius, qui pariter ac Güntherus (a quo Ann. II, 16. falso pro XI, 16. citatur) *vinolentos* ut lectionem Rhen. attulit, cum tamen is in textum Edd. 1533. et 1544. *vinolentos* receperit, at in Castigatt. p. 427. legere malit *violentos*. Item Cap. 27. e Puteol. perperam enotavit *et corpora* pro *corpora*, Cap. 39. *aducit pro adducit*; Cap. 40. *bobus*, Cap. 45. *omniumque tutella* et Cap. 46. *Caeteta jam* ex eadem Puteol. non enotavit.

transiguntur — Sed et de reconciliandis invicem inimicis] *transigitur — sed de cōciliandis invicem inimicis* Stutt. *Sed de reconciliatis invicem inimicitiis* Vit. *Sed et de reconciliandis invicem inimicitiis* Mel. cf. m. Comment. I. de his lectionibus.

tanquam nullo — incalescat] Graevius Dictat. p. 92. bene explicuit h. locum. Wernsdorfius: „Tacitus *simplices cogitationes* vocat puro liberoque animo profectas, quae simultate, malignitate, metu aut alio affectu non sunt mixtae et corruptae, *magnae* pertinent ad bellum.“ De adjectivo *simplex* cf. Nolten. Lexic. antibarb. T. II. p. 76. Quintil. IX, 2, 59. Suet. Tiber. 61. ibiq. Brem. Plin. Epp. I, 13. V, 3.

Gens non astuta, nec callida, aperit adhuc secreta pectoris licentia joci:

ergo detecta et nuda omnium mens. Postera die retractatur, et salva utriusque temporis ratio est] *ad hoc* Stutt. vd. m. Comment. I. Quoniam *licentia joci* exstat in omnibus Edd. Rhen., non debebat Passovius, secutus minus diligentem Oberlinum, post eumque Güntherus *licentia loci* ut conjecturam Rhenano tribuere, cum Ernestius bene ad h. l. annotet, primum in Lipsianam *loci* venisse aut operarum vitio, aut potius ex alia ignobili editione, in qua ipsa vitium operarum fuerit. Graevio quoque in Dictat. p. 93. haec lectio fraudi fuit, qui ita eam interpretatus est: „Gens natura fraudis et astus ignara adhibet quasi machinam ad reseranda mentis penetralia et recludendos intimos sensus libertatem convivii." Si quis majorem distinctionem Ed. Vienn. post *callida*, quae Passovio non displicet, poneret, et *licentia joci* nominativ. intelligeret, oratio a Taciti ingenio minime abhorreret. Libet apponere hos locos poetarum. Ovid. A. A. I, 241.

Tunc aperit mentes aevo rarissima nostro
Simplicitas, artes excutiente Deo.

Horat. Epist. I, 5, 16. ibique Doering.

Quid non ebrietas designat? operta recludit.

Horat. Carm. III, 21, 14.

— — *tu sapientium*
Curas et arcanum jocoso
Consilium retegis Lyaeo.

Interpunctionem majorem post *mens* neque Stutt., neque Vit. et Mel. exhibent, idque recte. Graevius in Dictat. p. 93. bene locum explicuit, sicut verba quoque *et salva ratio utriusque temporis est.* De discrimine vv. *astutus* et *callidus* adde m. Edit. Herzog. ad Sallust. Catil. 26.

Caput XXIII.

hordeo] *ordeo* Vit. Mel.

adversus sitim] *et adversus sitim* Stutt.

Caput XXIV.

ludicrum] *ludicium* Stutt.

Exercitatio artem parat — spectantium. Aleam — exercent] Stutt. Vit. *paravit* Mel. Graev. in Dictat. p. 93. De Perfecto *ἀορίστως* posito m. Comment. I.

adde Gerlach. ad Sallust. Catil. 10. Vol. II. p. 55. *Deinde exspectantium* Stutt. *exencent* Vit.

contendant — juvenior] *contendant juvenior* Stutt. *junior* Vit. Mel.

CAPUT XXV.

et servus hactenus paret] Graev. Dict. p. 94.: „Servis non aliud genus servitutis imperatur." Bene Wernsdorfius: „Und so weit erstreckt sich der Dienst und Gehorsam eines Knechts. Mit den Lieferungen sind seine Pflichten erfüllt, weiter fordert man keinen Gehorsam von ihm."

severitate] *servitute* Stutt.

uxori ac liberi] *et* Stutt.

nisi quod impune] *est* addunt Stutt. Vit. Mel.

duntaxat iis gentibus, quae regnantur: ibi] *his — regnantur* inductum, sed duo puncta subscripta, *illi* Stutt. De v. *duntaxat* vd. Herzog. ad Caes. B. G. VI, 8., ubi h. l. citatur.

CAPUT XXVI.

Fenus agitare et in usuras extendere ignotum] Parum recte Graevius ll.: „Pecuniam mutuam dare, ut cum augmento recipiatur," cf. meam Edit. et Comment. I. Sed bene explicat *ideoque magis servatur quam si vetitum esset*: „Magis agitatur mos non agitandi fenoris et usuras paciscendi pro pecunia mutuo data, quam si quaestus notus et legibus prohibitus esset, ut erat apud Romanos."

per vices] Vit. Mel. *vices*, sed littera *s* inducta Stutt.

laborare contendunt] Vit. *labore contendunt* Stutt. Mel. Bene interpretatur h. l. Graev. Dictat. p. 95.

et hortos — imperatur] *ut ortos — imponitur* in marg. *imperatur* Stutt.

CAPUT XXVII.

rogi — operosum honorem, ut gravem] *rhogi* Stutt. *peroperosum honorem et gravem* Vit.

Haec in commune de omnium] *Hec in communi omni* Stutt., in quo ante haec verba exstat: „Liber Scds."

Caput XXVIII.

Ante hoc Caput in Mel. haec leguntur: „Descriptio Gentium Germanarum versus Occidentem."

diversas] Vit. *divisas* Stutt. Mel.

Hercyniam] *hirciniam* — *Hircinio et Hircinius* Cap. 30. Stutt. *Herciniam* — *Hercinio (Hercynio* Mel.*)* — *Hercinius* Vit. Mel.

Moenum] Stutt. Mel. *Moeni* Vit. vd. m. Edit. et Comment. I.

Bojemi — *significatque*] Vit. Mel. *bohiemi* — *significatque* superscr. al. *signat* Stutt.

Aravisci — *Araviscis* — *Treveri et Nervii* — *Triboci*] *Aranisci* — *Aranis* Mel. *Treveri* — *neruli* Stutt. *Treboci* Vit. Mel.

ab Osis — *Osi*] *a boys* — *boy* in marg. *osi* Stutt.

Ne Ubii quidem] *nubii, qui* Stutt. *Ubii quidem* Vit. Mel. vd. Edit. m.

Caput XXIX.

Batavi — *sed insulam*] *batani* in marg. *bathi* Stutt. Batavorum res diligenter exposuit F. Krus. in Ersch. et Grub. Encycl. Vol. VIII. p. 70. De conjunctione *sed* cf. Selling. Observ. crit. in Agricol. p. 15. Herzog. ad Sallust. Catil. 1.

Chattorum] Hic et infra cum aspiratione Stutt., at sine ea Vit. Mel. vd. m. Edit. et Comment.

nec tributis contemnuntur] *premuntur* Vit. Mel. ex interpretatione, ut Cod. Turic. *conteruntur*. Bene Graev. Dict. p. 97. h. l. explicuit: „Non ita spernuntur ac viles habentur, ut cogantur tributa pendere, sicut subactae gentes. Eleganter illa, quae ore proferuntur, transferuntur ad res, ut superius Cap. 11. *laudare armis* (ubi cf. mea Edit.)." Adde Gronov. ad h. l.

cetera similes Batavis, nisi quod ipso adhuc terrae suae solo et coelo acrius animantur] *ceterum similes* Stutt. De ingenio ferociore populorum septentrionem versus habitantium haec Senec. de Ira II, 16. — *in frigora septentrionemque vergentibus immansueta ingenia sunt, ut ait poeta, suoque simillima coelo.*

Non numeramus] Vit. *numeraverim* Stutt. Mel. In m. Comment. I. festinantius scripsi, a nullo editorum *Connumeraverim* esse enotatum, quanquam Oberlinus jam enotarat.

Caput XXX.

durant: siquidem] Stutt. *durant. Siquidem* Vit. recte, *durant, siquidem* Mel.

simul atque — nosse ordines] *simul — noscere ordines* Stutt.

nec nisi ratione disciplinae concessum]. Stutt. (hic *consensum* pro *concessum*) Vit. Mel. Graevius Dict. p. 99. praefert *Romanae disciplinae*. Item Wernsdorfius, qui *ratione* ita interpretatur: „Nunquam nisi per disciplinam contingit, ut plus momenti in duce quam in exercitu sit. Sed tamen hoc additum videtur esse superfluum, cum per se intelligatur.“ Laudat deinde Liv. II, 39. et Lamprid. Sever. Imper. 53. *Commilitones, si tamen ista vobis, quae a vestris facta sunt, displicent, disciplina majorum rempublicam tenet: quae si dilabatur, et nomen Romanum et imperium amittemus.*

onerant] Stutt. *coonerant* Vit. Mel.

Caput XXXI.

Et aliis Germanorum populis usurpatum rara et privata cujusque audentia apud Chattos in consensum vertit — adoleverint.] Post *usurpatum* distinxere Vit. Mel. *audientia* in marg. *audencia — adoleverit* (hoc quoque Mel.) Stutt. De significatione intransitiva verbi *vertendi* adde Edit. meae Herzog. ad Sallust. Catil. 6. et 52. Obbar. in Seebod. Bibl. crit. a. 1828. Nr. 15. p. 116. Palairet. Thes. Ellips. latin. p. 262. Glossar. Liv. s. *vertere*. Rhenan. Thes. Locutt. fol. cc4.

revelant frontem — retulisse] *frontes* Vit. Quam in mea Comment. I. commendavi scripturam *rettulisse*, eam solis poetis vindicavit Ramshorn. in Jahn. Jahrb. Vol. III. Fasc. 4. p. 98., ubi temere improbavit scripturas *Juppiter — quattuor*. Minime spernenda videtur auctoritas Cod. Vat. Cic. de Rep., qui II, 20. *reppulisset* et sic littera *p* geminata alia verba exhibet. Cf. Niebuhr. Ind. orthogr. p. 622. Moser.

gestat — jamque canent insignes, et hostibus simul suisque monstrati] *gestant — suisque quisque* Stutt. Praeter Graev. Dict. p. 100. sententiam h. l. bene explanavit Wernsdorfius: „Et sunt quidam insignes hoc oris habitu et hoc squalore, qui jam canent, quique adeo ad senectutem perpetuo se voto obligarunt, conspecti saepe hoc habitu oris ac notabiles, hostibus quidem, quibus eo habitu metuendi videri possunt, suis autem, quibus reverentiam sui possunt injicere.“

haec acies — vultu mitiore] *hij — cultu mitiori* Stutt. vd. meam Edit. et Comment. I.

aut ager, aut aliqua cura] *aut ager* omis. Vit. *aut* ante *aliqua cura* Mel.

Caput XXXII.

Usipii ac Tencteri] Vit. Mel. *usipi et tenecteri* Stutt. De scriptura *Usipi* vd. m. Comment. I.

hij
hi lusus infantium, haec juvenum aemulatio, perseverant senes. Inter] *hic — hac — perseverant, senes inter* Stutt.

Caput XXXIII.

Juxta Tencteros Bructeri olim occurrebant] *excurrebant* omisso *olim* Stutt. De Bructeris conferendus est hic libellus: Das Land und Volk der Bructerer, als Versuch einer vergleichenden Geographie der ältern und mittlern Zeit von L. v. Ledebur. Mit 2 Kupfert. Berlin 1827. 8.

in urgentibus] *in* omis. Stutt. Vit. Mel. Graev. Dict. p. 100. male legi vult *vergentibus* vd. Ed. meam.

Caput XXXIV.

cubrini
Dulgibini et Chasuari cludunt] *dulgibini cubrini* (praeter syllabam *dul.* induxit) *cludunt* Stutt. *Chassuarii* Vit. *Chasuarii Mel.* vd. m. Comment. I.

illa tentavimus — sive adiit Hercules, seu] *illac tentavimus* Mel. *seu — seu* Vit. vd. meam Edit. et Comment. I. Herzog. ad Sallust. Catil. 31.

Caput XXXV.

Ante hoc Caput in Cod. Stutt. exstant verba rubro colore scripta: „2ª ps. opere;“ in Mel. ante verba *In Septentrionem* etc., quae ad antecedentia trahuntur: „Descriptio Gentium Germanarum versus septentrionem.“

id praecipuum virtutis ac virium argumentum est, quod — agant — assequuntur] *agunt — assequantur* Stutt. *id praecipuum virtutis ac virium praecipuum argumentum est* Vit. Mel.

Prompta tamen omnibus arma, ac, si res poscat exercitus, plurimum virorum equorumque] *Prompta — exercitus: plurimum virorum equorumque* Spir.

Prompta — arma: — exercitus: — equorumque: Puteol. (in qua colon pro commate ponit solet); *ac — exercitus, — equorumque* Vit. *ac — poscat; exercitus: plurimum* Mel.

Caput XXXVI.

diu pacem illacessiti nutrierunt, idque jucundius — ubi manu agitur — su-
ubi *i*
perioris sunt] — *diu pacem inlacessiti diu nutrierunt — nisi manu agatur — su-*
e
perioris Stutt. *iocundius* Puteol. (omiss. a Passov.)

adversarum rerum ex aequo socii sunt] *adversariorum* (*ior* delet.) *rerum pares et equi socii sunt* in marg. al. *ex equo* Stutt.

Caput XXXVII.

Cimbri] *Cymbri* et infra *Cymbrorum* Vit.

amisso et ipso Pacoro — dejectus — Cn. quoque Manlio] *amisso in ipso, et ipse pachoro — devectus* Stutt. *amisso et ipse Pacoro* Vit. Mel. *M. quoque Manlio* Stutt. (*marco*) Vit. Mel., unde apparet, praenomen *M.* non esse mutandum in *Cn.* vd. meam Edit. et Comment. I.

Nec impune C. Marius in Italia, Divus Julius in Gallia, Drusus ac Nero et Germanicus in suis eos sedibus perculerunt] Distinctionem post *impune* a me in Comment. I. jam revocatam confirmant quoque Edd. Spir. Put. Vit., sustulit eam Mel. cum Rhen. *nero germanicus* Stutt. De Drusi expeditionibus conferendus est libellus bonae frugis plenus: Die Feldzüge des Nero Claudius Drusus in dem nördlichen Deutschland dargestellt von Dr. A. B. Wilhelm. Nebst einer Charte und mehreren Steindrucktafeln. Halle 1826. 8.

inde otium — ac rursus pulsi, inde proximis temporibus] *tum* in marg. *inde* Stutt., post *pulsi* recte distinxere Stutt. Vit., omisit comma Mel. Perperam Passovius annotavit, Bipontinos editores cum recentt. Rhenanum assectatos distinxisse; *rursus pulsi inde, prox. temp.*, cum ita interpungant: *ac rursus pulsi. inde prox. temp.*

Caput XXXVIII.

Tencterorumve] *Jecterorumve* in marg. *tencterorum* Stutt.

in commune] *universi* Stutt.
nobiles
ingenui] *ingenui* Stutt.
In aliis gentibus] Stutt. Vit. *Sic in aliis gentibus* Mel.

apud Suevos usque ad canitiem horrentem capillum retro sequuntur, ac saepe in ipso solo vertice ligant.] *retro secernunt* Vit. Mel. lectio a nullo editorum enotata nisi a Vettero, a quo in textum recepta est, cujus tamen fontem indagare non licuit. Wernsdorfius: „Mihi toleranda videtur vulgata lectio *retro sequuntur*. Nam videtur *sequi* subinde notare manu persequi, stringere, pectere, flectere. Ut Calpurnius accepisse videtur Ecl. II, 85 sq.

— — *quoties mollissima tango*
Ora manu, primique sequor vestigia floris
Nescius, et gracili digitos lanugine fallo.

Igitur *sequor* Calpurnius de tactu accipit. Ergo *retro sequuntur*: „sie streichen sie mit den Händen zurück, sie verfolgen sie ganz hinauf."

Male Graevius legi vult Dictat. p. 104. *retro secus*, i. e. circa occiput alii in nodum vinciunt capillum. — Deinde *in ipso solo vertice religant* Stutt. *ligant* Vit. Mel. Wernsdorfius: „Quidam *solo* ejiciunt et omisit Dithmarus. Sed hi notionem hujus verbi, quam h. l. habet, non intellexerunt. *Solus* enim saepe est solitarius, vacuus vel desertus, atque igitur h. l. ponitur pro calvo vertice vd. Tibull. I, 2, 72. IV, 13, 12. Virg. Georg. IV, 465." Vd. m. Comment. I.

ornantur
ornantur] *armantur* Stutt. vd. m. Edit. et Comment. I.

Caput XXXIX.

Semnones — Stato tempore] *Senones* et *infra Senonum* Vit. Mel. *estivo* in marg. *stato* Stutt. *Statuo* Vit. *Statuto* Mel.

sacram omnes] *sacram nominibusque* in marg. *sacram omnis* Stutt. Lucan. Phars. III, 399 sq. de sacra silva apud Massiliam contulisse non pigebit cum nostro loco.

prolapsus] Vit. *est* addunt Stutt. Mel.

Adjicit auctoritatem fortuna Semnonum: centum pagis habitant; magnoque corpore] *aditur autem* inductum punctis subscriptis, in marg. *auctoritatem*

fortuna Stutt. *Adjicit autoritatem* Vit. Mel. *habitatur* Stutt. bene, quam lectionem Rhenanus jam e conjectura in textum admisit, *habitantur* Vit. Mel. Quare *habitant* Ernestii, vel *habitantium* Bipontinorum et Oberlini a textu arceamus. Pro *corpore* Stutt. in marg. *tempore*. De v. *corporis* adde Frontin. Strateg. IV, 2, 8.

Caput XL.

Contra Langobardos paucitas nobilitat, quod] *Contra largobardos pauca nobilitas* (n, itas, t superscr.) Stutt. confirmans lect. Cod. Farnes., sed omisit *quod*. *Contra Longobardis paucitas nobilitasque* Vit. (deinde *valentistimis*). *Contra, Longobardis paucitas nobilitasque quod* Mel. Vd. m. Edit. et Comment. I.

Reudigni deinde, et Aviones, et Anglii, et Varini, et Eudoses, et Suardones, et Nuithones] *Rendigni — suarines seu suardones — vuithones* (v superscr.) Stutt. *Angli* Vit. Mel. *Reudingi* Mel.

aut silvis] *et silvis* (aut superscr.) Stutt.

nisi quod in commune Nerthum, id est, Terram matrem, colunt] .]. *mammenerthu* .]. in marg. *in commune* .... (insequens vocab. ita scriptum est, ut vix legi possit) et *Mammenerthum* ·|· *terram matrem colunt* Stutt. *Nerthum* Vit. *Herthum* Mel. Graev. Dict. p. 105. male *Hertam* legendum censet. Deckenius de cultu hujus numinis, quem *Nerthundienst* appellat, exposuit in libello, qui inscriptus est: Philosophisch-historisch-geographische Untersuchungen über die Insel Helgoland und ihre Bewohner von F. v. d. Decken. Hannov. 1826. 8. Cujus libri perlustrandi cum mihi nondum potestas facta sit, de ratione, qua caput de hoc numine tractatum sit, judicium ferre nequeo. *Helgoland* habet pro *insula Oceani*, de qua vd. in m. Edit. diversas VV. DD. opiniones.

invehi — castum nemus — dicatumque in eo — uni sacerdoti concessum] *invehi* (*ere* deletum) — Stutt. *in ea* Stutt. Vit. Mel. *castrum nemus* Vit. *Castrum nemus* Mel. *uni sacerdotum* Mel. cum Paris. *conmissum seu concessum* (ce superscr.) Stutt.

pax et quies tunc tantum nota, tunc tantum amata] *pax et quies tunc tantum nota. Item tantum amata* Vit. Mel.

vectamque bubus feminis multa cum veneratione prosequitur] Stutt. *bobus foeminis multa veneratione* Vit. *bubus foeminis multa veneratione* Mel. De *bubus* et omisso v. *cum* vd. meam Edit. et Comment. I, praetereaque de usu hujus praepositionis Herzog. ad Caes. B. G. I, 10. 20. Sallust. Catil. 51. Matthiae. ad Cic. Or. in Catil. III, 3, 6.

Mox vehiculum — abluitur] De more numinum abluendorum apud Graecos et Romanos vd. praeter Edit. m. Barker. p. 91. ad h. l. de lavatione Cybeles Romae mense Martio celebrata, de Minerva Argis a castis virginibus quotannis in flumine Inacho lavata Spanheim. ad Callimach. Lavacr. Pallad. p. 526., de Plynteriis Atheniensium copiose disputantem Bähr. ad Plutarch. Alcibiad. p. 239 sq.

quid sit illud] Vit. Mel. *id* Stutt. vd. m. Edit.

Caput XLI.

Et haec quidem pars Suevorum in secretiora Germaniae porrigitur.] *sed* (*et* supra) — *verborum* Stutt. *Suevorum* omis. Vit. vd. Edit. Passov. et meam. Traxit hunc locum ad antecedentia Mel., quae ante *Propior* habet hanc inscriptionem: „Descriptio gentium Germaniae ad Danubium.“ In Stutt. haec inscriptio rubro colore picta est: „3ª *ps.* opers.“

atque in splendidissima Rhaetiae provinciae Colonia. Passim et sine custode — patefecimus] Stutt. posuit comma post *Colonia* omissum in Vit. Mel. *et* om. Mel. *patefacimus* Stutt. c. Ed. Paris. Annotationibus in m. Edit. et Comment. I. de v. *ac* (Cod. Tur.) ante vocalem non admittendo adde Friedemann. V. Cl. ad Opusc. Ruhnk. Vol. II. p. 520. Obbar. in Seebod. Bibl. crit. a. 1828. Nr. 15. p. 116.

Albis oritur, flumen inclitum et notum olim] *ignotum olim.*“ (supra: *inclitum „et notum*) De nomine *Albis* cf. Ersch. et Grub. Encycl. Vol. II. p. 328. s. Alp.

Caput XLII.

Narisci] *Norisci* Stutt.

Marcomani] Ut Vit. Mel. constanter simplici *n*, ita *Marchomanni* Stutt.

Eaque Germaniae velut frons est, quatenus Danubio peragitur] *universaliter finis* in marg. *velut frons — peragitur* Stutt. *pergitur* Vit. Mel. Ne-

fortuna Stutt. *Adjicit autoritatem* Vit. Mel. *habitatur* Stutt. bene, quam lectionem Rhenanus jam e conjectura in textum admisit, *habitantur* Vit. Mel. Quare *habitant* Ernestii, vel *habitantium* Bipontinorum et Oberlini a textu arceamus. Pro *corpore* Stutt. in marg. *tempore*. De v. *corporis* adde Frontin. Strateg. IV, 2, 8.

Caput XL.

Contra Langobardos paucitas nobilitat, quod] *Contra largobardos pauca nobilitas* (n, itas, t superscr.) Stutt. confirmans lect. Cod. Farnes., sed omisit *quod*. *Contra Longobardis paucitas nobilitasque* Vit. (deinde *valentissimis*). *Contra, Longobardis paucitas nobilitasque quod* Mel. Vd. m. Edit. et Comment. I.

Reudigni deinde, et Aviones, et Anglii, et Varini, et Eudoses, et Suardones, et Nuithones] *Rendigni — suarines seu suardones — vuithones* (v superscr.) Stutt. *Angli* Vit. Mel. *Reudingi* Mel.

aut silvis] *et silvis* (aut superscr.) Stutt.

nisi quod in commune Nerthum, id est, Terram matrem, colunt] ·|· *mammenerthu* in marg. *in commune* .... (insequens vocab. ita scriptum est, ut vix legi possit) et *Mammenerthum* ·|· *terram matrem colunt* Stutt. *Nerthum* Vit. *Herthum* Mel. Graev. Dict. p. 105. male *Hertam* legendum censet. Deckenius de cultu hujus numinis, quem *Nerthundienst* appellat, exposuit in libello, qui inscriptus est: Philosophisch-historisch-geographische Untersuchungen über die Insel Helgoland und ihre Bewohner von F. v. d. Decken. Hannov. 1826. 8. Cujus libri perlustrandi cum mihi nondum potestas facta sit, de ratione, qua caput de hoc numine tractatum sit, judicium ferre nequeo. *Helgoland* habet pro *insula Oceani*, de qua vd. in m. Edit. diversas VV. DD. opiniones.

invehi — castum nemus — dicatumque in eo — uni sacerdoti concessum] *invehi (ere deletum)* — Stutt. *in ea* Stutt. Vit. Mel. *castrum nemus* Vit. *Castrum nemus* Mel. *uni sacerdotum* Mel. cum Paris. *conmissum* (ce superscr.) *seu concessum* Stutt.

I. *pax et quies tunc tantum nota, tunc tantum amata*] *pax et quies tunc tantum nota. Item tantum amata* Vit. Mel.

vectamque bubus feminis multa cum veneratione prosequitur] Stutt. *bobus foeminis multa veneratione* Vit. *bubus foeminis multa veneratione* Mel. De *bubus* et omisso v. *cum* vd. meam Edit. et Comment. I, praetereaque de usu hujus praepositionis Herzog. ad Caes. B. G. I, 10. 20. Sallust. Catil. 51. Matthiae. ad Cic. Or. in Catil. III, 3, 6.

Mox vehiculum — abluitur] De more numinum abluendorum apud Graecos et Romanos vd. praeter Edit. m. Barker. p. 91. ad h. l. de lavatione Cybeles Romae mense Martio celebrata, de Minerva Argis a castis virginibus quotannis in flumine Inacho lavata Spanheim. ad Callimach. Lavacr. Pallad. p. 526., de Plynteriis Atheniensium copiose disputantem Bähr. ad Plutarch. Alcibiad. p. 239 sq.

quid sit illud] Vit. Mel. *id* Stutt. vd. m. Edit.

Caput XLI.

Et haec quidem pars Suevorum in secretiora Germaniae porrigitur.] *et sed — verborum* Stutt. *Suevorum* omis. Vit. vd. Edit. Passov. et meam. Traxit hunc locum ad antecedentia Mel., quae ante *Propior* habet hanc inscriptionem: „Descriptio gentium Germaniae ad Danubium.“ In Stutt. haec inscriptio rubro colore picta est: „3ª *ps.* opers.“

atque in splendidissima Rhaetiae provinciae Colonia. Passim et sine custode — patefecimus] Stutt. posuit comma post *Colonia* omissum in Vit. Mel. *et* om. Mel. *patefacimus* Stutt. c. Ed. Paris. Annotationibus in m. Edit. et Comment. I. de v. *ac* (Cod. Tur.) ante vocalem non admittendo adde Friedemann. V. Cl. ad Opusc. Ruhnk. Vol. II. p. 520. Obbar. in Seebod. Bibl. crit. a. 1828. Nr. 15. p. 116.

Albis oritur, flumen inclitum et notum olim] *inclitum „et notum ignotum olim.“* De nomine *Albis* cf. Ersch. et Grub. Encycl. Vol. II. p. 328. s. Alp.

Caput XLII.

Narisci] *Norisci* Stutt.

Marcomani] Ut Vit. Mel. constanter simplici *n*, ita *Marchomanni* Stutt.

Eaque Germaniae velut frons est, quatenus Danubio peragitur] *universaliter finis* in marg. *velut frons — peragitur* Stutt. *pergitur* Vit. Mel. Ne-

que Graevii explicatio Dict. p. 106., secuti lect. *peragitur*, mihi satisfecit. „Id initium est Germaniae, si, qua Danubius decurrit, eam metiri incipiamus." Neque Wernsdorfii, patrocinati lect. *pergitur*: „*Frons* i. e. initium sive anterior pars Germaniae cis Danubium. Primi hi e Germanis occurrunt, quando inde a Danubio pergitur in Germaniam, quatenus Danubio devehimur, vel ad oram, ripam Danubii proficiscimur. *Pergere* est iter facere."

Quadisque] Stutt. *Quadisve* Vit. Mel.

Caput XLIII.

XLII. *nec minus valent*. XLIII. *Retro Marsigni*] Stutt. confirmat hanc egregiam distinctionem, quam primus Passovius ex Ed. Vienn. reduxit quamque in meam Ed. recepi. Male Vit. *nec minus retro valent Marsigni*, Mel. *Nec minus retro valent Marsigni*.

Osi, Burii — Burii — Gothinos — alienigenis — Lygiorum — Arios, Helveconas, Manimos, Elysios, Nahanarvalos. Apud Nahanarvalos] *osi* | *buri* in marg. (al) *siburi — buri — Gottinos — legiorum* infra *lugros* (*ligyos*) — *harios, helvecanas* (*haliocuas*), *mammos, helisios, nahawernales Apud naharwernalos* Stutt. *alieniginis — Helvecanos* Vit. *Naharvalos* bis Vit. Mel.

interpretatione Romana — superstitionis — ea vis numini, nomen Alcis — regnantur adductius — Lemovii] *Romani* Mel. *suspicionis* Stutt. — *ejus numinis nomen* Vit. Mel. *regnant addictius* Vit. *regnantur addictius* Mel. *lemonii* Stutt. c. Edd. Paris. et Norimb. Quae Braunius in Ersch. et Grub. Encycl. V. II. p. 419. de numine *Alcis* attulit, admodum levia sunt.

Caput XLIV.

ipsae in oceano — viros — utrinque — nec arma, ut — quia subitos] *ipso in Oceanum* Stutt. *ipsae in Oceano* Vit. *ipso in Oceano* Mel. *vires — utriusque* Stutt. *nec arm, aut* Mel. *subditos* Vit.

non precario jure parendi] De significatione passiva Gerundii adde Edit. meae Moser. ad Cic. de Rep. VI, 25. Liv. XXXV, 11.

Caput XLV.

cludique — in ortus edurat] *claudique* Stutt. Vit. *cludique* Mel. *in ortu se durat* Stutt.

habet, sonum insuper audiri, formas Deorum et radios capitis aspici] *habet ut* Vit. *habet, sonum insuper emergentis audiri formasque* Stutt. *sonum insuper emergentis audiri, formasque Deorum aspici* Mel.

Estiorum

Aestyorum] *Aestorum* Stutt. *Efluorum* Vit. *Effluorum* Mel. Neutra lectio Cod. Stutt. improbanda: *Aestiorum* Broterius et Seebodius, *Aestorum* proxime accedit ad *Aestuorum*, quod in m. Edit. recepi.

Matrem Deum] Stutt. Mel. *Matrem Deam* Vit.

Insigne superstitionis, formas aprorum gestant] De amuletis adde m. Edit. Grotefend. in Ersch. et Grub. Encycl. Vol. III. p. 428. (qui quidem h. l. immemor est). Emele über Amulete, und das, was darauf Bezug hat. Mit 5 Steindrucktafeln. Mainz. 1827. 8.

Succinum, quod — in ipso littore] *Sucinum, quibus — in proprio littore* Stutt.

nec quae natura, quaeve ratio gignat, ut barbaris quaesitum compertumve] Stutt. Mel. *gignit* Vit. bene vd. m. Edit. et Comment. I.

ejectamenta

ejectamenta — perfertur] *eructamenta — profertur* Stutt.

quae implicata humore] Corrigenda est Passovii annotatio ad h. l. „*implicita* Longol., quod pro vitio typographico acciperem, nisi ipse addidisset: al. *implicata*. Fides alterius sit apud auctorem, mihi admodum sublesta (?) videtur.“ Nam Gronovii, e qua procul dubio desumpsit Longol., et Lallemand. Edd. exhibent *implicita*, quae forma aeque bona est atque *implicata*, quanquam haec ob Codd. et Edd. consensum h. l. praeferenda. De discrimine utriusque formae participii dissentiunt VV. DD. Bardilius statuit, *implicitus* obtinere in morbis (contra Tacit. Ann. IV, 53. *implicata morbo*), *implicatus* in quavis alia re dici; Dähnius ad Corn. Nepot. Pausan. 4. p. 131. putat, *implicatus* magis solutae orationi, *implicitus* vinctae convenire. Equidem, ut dicam, quid mihi de hac differentia videatur, multis scriptorum locis inter se collatis reperi, a Cicerone usurpari *implicatus* de quacunque re, cum *implicita* tantum Or. pro Leg. Manil. 7. et *implicite* de Invent. II, 23. optimis Codd. (vd. Orell. Ed.) confirmata extent, cf. Nizol. Thesaur. Schütz. Lex. Cic. Heusing ad Cic. de Offic. I, 5; a Livio et Cornelio Nepote *implicitus* de morbis, sed a scriptoribus argenteae aetatis, ut Floro (II, 3. 4. IV, 12, 6.), Curtio

(IV, 4, 16. VI, 5, 16. VII, 7, 7. VIII, 13, 16.), Plinio Secundo (Epp. III, 9. VII, 16. 27., Paneg. 43. *implicata* ibiq. Schwarz.) utramque formam promiscue, a poetis *explicitus* (Horat. Epod. 5, 15. *implicata* Ep. ad Pison. 423. *implicitus*) metro dactylico convenientius quam *implicatus*. Ceterum apud omnes scriptores forma *explicatus* frequentior est quam *explicitus*.

Fecundiora igitur nemora lucosque — balsamque — liquentia — tentes] *igitur — balsama quoque* Stutt. (de eodem interputamento vd. Gernh. ad Cic. de Amic. p. 122.) *liquantia* Vit. *tentes* in marg. *temptes* Stutt., de qua forma vd. meam Edit. ad Cap. 34. A Niebuhrio in Ind. orthogr. ad Cic. de Rep. p. 624. Mos. *temtare* laudatur. Nuper Gerlachius *temptare* apud Sallustium Catil. 17. 57. recepit; at recte Obbar. in Seebod. Bibl. crit. a. 1828. Nro. 15. p. 114. observavit, nondum certum esse atque exploratum, quatenus editori Sallustii in scripturis priscis recipiendis progredi liceat. — De discrimine inter *nemora lucosque* adde Edit. m. ad Cap. 9. Döderl. Latein. Synon. Vol. II. p. 89., qui praeterea scripsit: „Und wenn bei Tac. G. 9. die Germanen *lucos ac nemora consecrant*, so ist dieſs entweder durch ein Zeugma zu erklären: *lucos habent et nemora consecrant*, oder durch eine Prolepsis: *nemora consecrant, ut luci sint*."

resinamve — uno — Hic Sueviae fines] *resinamve* Stutt. Mel. *resinamque* Vit. *esse uno* Stutt. (forsitan *eo uno*) *fines* Stutt. *finis* Vit. Mel.

Caput XLVI.

peucinorum
Peucinorum Venetorumque] *Prutinorum* et sic bis infra Stutt. *Peucenorum*
h
et infra *Peucini — Peucinos* Vit. *Venetorumque* infra *Venethi* Stutt. *Venetorumque* infra *Veneti* Vit. *Venedorumque* infra *Venedi* Mel.

sordes omnium ac torpor procerum: connubiis mixtis nonnihil in Sarmatarum habitum foedantur] *mixtos — fedantur* Stutt. *sordes — mixtis, — foedantur* Vit. *sordes — torpor, procerum — foedantur* Mel. *sordes — foedantur* uno tenore Spir. *sordes — mixtis, — foedantur* Puteol. De interpunctione vd. m. Comment. I. Graevius Dict. p. 113. recte explicuit: „Sordidissimi et ignavissimi, quia illorum proceres e Sarmatis uxores ducunt, hinc [foedum] eorundem habitum et vestitum adsciscunt."

solae in sagittis spes — praedae — imbriumque — sed beatius] *sola* Stutt.

Mel. *solae* Vit. (vd. de usu pluralis *spes* Herzog. ad Sallust. Catil. 35.) *perdere* Vit. *hymbriumque* Stutt. Vit. Mel. *Id beatius* Mel.

spe metuque versare] *Securi adversus homines, securi adversus Deos, rem difficillimam assecuti sunt, ut illis ne voto quidem opus esset*] Mel. (at *sit) versare, securi — Deos. Rem — sunt, in illis — esset* Vit. De vv. *spe metuque* vd. Doederl. Lat. Synon. Vol. II. p. 191.

Oxionas — vultusque — quod — in medium relinquam] *exionas — voltusque* (de qua scriptura vd. Niebuhr. in Ind. orthogr. ad Cic. de Rep. p. 622. Moser. et m. Comment. I.) *que* Stutt. De structura praepos. *in* cum accusativo adde Edit. meae Obbar. in Seebod. Bibl. crit. a. 1828. Nr. 15. p. 118. Ramshorn. Gr. lat. p. 290. Not. 2. Dähn. ad Caes. B. C. I, 25. Wolf. ad Sueton. Aug. 16. Schütz. Lex. Cic. s. *in*.

Corrigenda.

P. 14. vers. 1. lege amictibus pro amictitibus.
P. 20. vers. 26. lege litteris geminatis pro littera *p* geminata.
P. 24. vers. 19. lege inscribitur pro inscriptus est.